

extendant. Qui bonus est fidelis, alijs quibusdam talis est. Diuina est ea bonitas, sicut & fides, quæ in proximum extenditur: corrupta verò, qua nobis ipsis tantum secundum ingenium carnis boni & fideles sumus. Deus hinc bonus & fidelis prædicatur: domui Israël: id est, populo suo. Deinde per id quod non dicit, *Israëlitis*: sed *Domui Israël*: admonemur, quam solet Deus posteris piorum bene-facere. Domum Israël in fœdus assumpsit; huius gratia etiam posteris illius bonum se & fidelem ostendit. 4. Quarto quod dicit, *Viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri*, non solum splendorem & amplitudinem potentie Dei, sed & affectum pij cordis exprimit, quod non tam de eo gloriatur, quod diuinitus seruatur, quam quod gloria Dei per Orbem vniuersum illustratur. Quæ de hisce sint versibus notanda, vide supra Psalm. 96. Nihil hinc singulariter memoratur, nisi quod quæ illic paucioribus verbis, hinc pluribus leguntur. Res vtrinque eadem est. Etiam quæ regnum Christi cernunt, illic sunt annotata.

Vers. 4. 5. 6.
7. 8. & 9.

PSALMVS XCIX.
ARGVMENTVM PSALMI.

Celebrat hoc Psalmo sub imagine regis gratiam illam Dei, qua Israëllem contra hostes defendit & regaliter gubernauit, inq; medio illius habitauit, inuocantes se patres Moſen, Aaronem, Samuelem exaudiuit: ideoq; & contra hostes insultat, & populum Dei admonet, vt illum extollat, & adoret. Dispositio Psalmi.

Apparet huius Psalmi quatuor esse partes: quarum tres **דָּבַר מַלְכֵנוּ** regni Dei exprimant: quarta a honorem Deo regi debitum à populo postulat. 1. Prima vers. 1. & 2. id regno Dei tribuit, quod populum suum contra hostiles populos tueatur, quantumuis illi fremant & tumultuentur. 2. Altera versu 4. regnum Dei ob id celebrat, quod iudicium & iustitiam in populo suo exerceat. 3. Tertia versu 6. 7. & 8. tribuit regno Dei clementiam ad exaudiendum suos ad se clamantes. 4. Quarta versu 3. 5. & vltimo exigui à populo Dei, vt nomen ipsius laudent & extollant, & cum debita subiectione adorent: atq; uia hortatur, vt singula regni Dei partes, protectionis, gubernationis & clementie, condigno honore celebrentur, ideoq; singulis adhortationem huiusmodi subiecit.

VERS. I.



DOMINVS regnat, fremant populi: sedet super Cherubim, moueatur terra
2. Dominus in Sion magnus & excelsus est super omnes populos.
3. Laudent nomen tuum magnum & terribile: sanctum est.
4. Et potentia regis iudicium diligit: tu recta dirigis, iudicium & iustitiam in Iacob tu facis.

5. Extollite Dominum Deum nostrum, & adorete ad scabellum pedum eius: sanctum est.
6. Moſes & Aaron inter sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius: inuocabant, & ipse respondebat eis.
7. In columna nubis loquebatur ad eos: custodiebant testimonia eius, & precepta quæ dederat illis.
8. Domine Deus noster tu respondebas illis, Deus propitius fuisti illis, & vltus es studia illorum.
9. Extollite Dominum Deum nostrum, & adorete ad montem sanctum eius, quoniam sanctus Dominus Deus noster.

LECTIO.

Vers. 1.

Dominus regnat.] Ebraicè מַלְךְ. Græc. βασιλεύων. Vulg. Lat. Regnavit. Sic legit & Hieron. Fremant populi.] Ebr. יִרְגָּזוּ. Græc. ἐκταρασθήσονται. Vulg. Latin. Irascantur. Hieron. Commouebantur. At in Psalmo secundo plerumq; redditur per verbum fremendi.

Vers. 4.

Et potentia regis.] Ebr. יִשְׁׁרָר. Græc. ἰσχυρία. Vulg. Lat. Et honor. Hieron. Imperium regis. Chald. אֲרִיִּשׁוּא: id est, Et fortitudo.

Vers. 8.

Tu recta dirigis.] Ebr. אָתָּה כִּינַחְתָּ מִיִּשְׂרָאֵל. Græc. σὺ ἡτοίμασας ἰσθμύην. Vulg. Lat. Tu parasti dilectiones. Hieron. Tu fundasti æquitates.

EXPLA-

NATIO.

Vers. 1.

Et vltus es studia illorum. Ebr. וְעִלְוִיתָ עֲלֵיהֶם. Græc. καὶ ἰνδύων, ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιθυμύμενα αὐτῶν. Vulg. Lat. Et vltor super commutationibus eorum. Hieron. Et vltor super commutationibus eorum. Felix: Et vltiscens opera illorum.

Dominus regnat.] Videtur hic versus vnâ cum sequenti, magno confirmati & constantis animi affectu positus, & quandam habere insultationem aduersus cunctos nominis ac populi Dei aduersarios. Dominus, inquit, regnat: id est, Dominus res populi sui gubernat, illumq; tueri, & aduersum cunctos inimicos, quamuis potentes, asserere cœpit.

Fremant populi: item, Moueatur terra.] Quasi dicat: Molestissimè ferunt, fremunt & tumultuantur populi gentium Israël hostes, quod populum suum Deus ab ipsorum iniuria & violentia vindicare cœpit: verum fremant & tumultuentur quantum volunt, & si ita videtur, moueatur ipsa terra, nihilominus tamen securi & tuti erimus, Domino ipso in populo suo regnante, & sedem suam inter Cherubim (sic vocat arcem Dei, & ad promissionem, Exod. 25. factam respicit) collocante: hoc est, in medio Israël habitante, & preces nostras exaudiente.

Dominus

Dominus in Sion
Q. d. Non ter
populi inuocant
Quare: Qu
Laudant nomen
Nemine
Nomen tuum
Et poterit etiam
arctis animi r
Et potentia regi
iudicij, & iustit
potentiam videt
& executione
Extollite Domi
Et præter ratio
propter excellen
versibus celebra
dicunt, cunctos
Dicitur regnat
et nempe, quid
& commotio ter
Deum in his an
et supra Psalmo
Alterum est
piorum fremunt
nomen tuum: sed
Et Domini pote
tas animi si delis
contra regnum D
Dicitur in Sion
& populo confid
in Sion habitare
prehendere pote
hatur. Hanc grati
tum vlti impieta
Magnus & excels
mus populo rum
cellus est super
argumento Psalm
inuentum popul
dicitur: Nemo
neus, qui dedit m
Ociosum autem
Magnus est super om
pheta potentiam h
retondit.
Laudant nomen tu
magnum, terribile
nomen, et nobis in
nomen Dei propon
operat, vt nomen D
terribilia. Innuitur
dabile: impijs vero
noscere coguntur,
Et potentia regis in
dicitur. Et potentia
etiam præcedentib
violentiæ se
potens sit, non gau
Pars diuersum rep
quibus pro libidin
Deinde & hoc
sed iudicium diligit: v
dicitur non agat qui
eo se æquitate.
Tanta dirigit, iudi